

meritarius, sed time dñm, audi illius uerbum, nō  
credere dominum domini tui, et labora secundum  
uocationem tuam, et si Sathan redierit responde  
illi, Ego tibi non obediam sed dno meo, uocanti  
te me ad hoc officium, ego si angelus de celo  
uenerit, attamen studebo mee uocationi.

## Ungarus consuluit Lū- therum

Illo die studens quidam accessit eum consulens,  
de quibusdam dubijs uentans ex locis communibz  
Toon. Ecce primo de purgatorio ubi illud  
ex ~~Paulo~~ Paulo p̄basset, et Luth: Ambrosium et Au-  
gustinum neq̄ Hiero: q̄c̄q̄ de purgatorio sentire, sed  
Gregorium uisionibus deceptum aliqd̄ docuisse de purgatorio  
cum tamen Dominus p̄hiberet nihil esse a spiritibus explo-  
randum, sed a Mose et prophetis, Ideo in hac  
parte nihil esse D. Gregorio tribuendum, Ecce et  
alii hunc locum Pauli ad Corinthios, Dies autē m̄  
p̄ De Purg: intelligunt, cum tamen ille locus ni-  
hil dicat de Purg: sed de doctrina et uita bona  
et mala piorum et Hereticorum. Nam Arris  
habuit suum diem, et Heretici habuerunt suum  
diem et iudicium. Ignis autem fidei declarabit,  
sicut extremis dies omnia declarabit. Summa Sumi: